



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum XV. Ab Anno 1400. ad 1500.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)

Genebrard. in *Benedicto XI.** *Andreas Rex Neapolitanus* *Ioanna Conjugis malignitate strangulatur.* An. 1344.* Et quamvis tam infami criminis patrati suspicione apud nonnullos exemerit se *Ioanna*, non tamen depulit à se miserias expiatrices fortè tanti scele-
ris: ipsa enim sæpius exul, vidua, de-
jæta, quod Schismatis Promotrix fa-
cta esset: iterum restituta: tandem à
Carolo Dirrachino pulvillo suffocata,
eidem, pro Spolio mortuæ, thronum
reliquit An. 1381.* Pestis triennis, &
universalis medium hominum partem
fustulit A. 1349.* *Petrus Rex Castellæ*
securi percussus An. 1360.* *Baldus à*
canicula leviter in labro morsus, quar-
to post mense furit & moritur.* *Amu-*
rathes trigesies septies viator, à servo
confoditur.*



SÆCULUM XV.

AB ANNO 1400. ad 1500.

§. I. *Romani Pontifices.*
CCVI. *INNOCENTIUS VII.* Italus
Sul-

Sulmonensis his gradibus ascendit,
Doctor Juris, Episc. Bonon: Archie-
pisc: Ravennæ: Cardinalis S. Crucis
Hierosolymæ & Rom. Eccl: Camera-
rius, Legatus Bonifacij IX. per Italiam
ad demum Caput Ecclesiæ totius Elec:
A. 1404. Laudes ejus ita complectitur
PANVINIUS: *Cunctis maximi & optimi
Pontificis dotibus ornatus: Vita integrata-
te, humanitate, doctrina pietate & libera-
litate præstantissimus* Obiit An. 1406.
PROPH: MALACH: *de meliori sidere.* Vo-
catus fuit Cosmatus de *melioratis* in-
signe fuit *sidus*.

CCVII. GREGORIUS XII. Ve-
netus nobili Familiâ Corrariorum, Pa-
triarcha Constant: Cardin: ad *S. Mar-
cum* Elec: A. 1406. Insignis fuit Theo-
logus & æque virtute præstantissimus
Pontifex, sed infelix, quod à *Petro de
Luna* in Pontificatus luce eclipsiu pas-
sus fuerit. Illius enim pertinaciâ fa-
ctum est, ut Concilium Pisanum tam
Petrum à Sede, quam possidere præ-
sumperat, repelleret, quam *Gregori-*
um sedentem deponeret, *Alexandro V,*
Ele-

Electo: volens hoc modo (verba sunt Bel-
larmin:) Schismati remedium adhibere,
quod auxit, tribus jam Pontificibus Pe-
tri Cathedram obsidentibus: Gregorio
Arimini, non absque gravi causâ pos-
sessionem suam contra Acephalum
Concilium tñente, Petro Panischolæ
in Hispania audaciam suam obfirman-
te, Alexandrum autem potiore Eccle-
siæ parte pacis studio acceptante: do-
nec *Gregorius* in Concilio Constantien-
si A. 1417. Sponte per legatum suum.
Carolus Malatestam Pontificatui renun-
ciavit & paulò post Cardinalatus ho-
nore, ac virtute conspicuus obiit. PRO-
PHET: MALACH: *Nauta de Ponte nigro.*
Fuit enim *Venetus* Commendatarius
Ecclesiæ *Nigripontis.*

CCVIII. ALEXANDER V. Na-
tione Cretensis: magnæ vir Sancti-
tatis, & doctrinæ, Ordinis *S. Francisci*,
ac Mediol: Archiep: Elect: A. 1409. E-
leemosynis largiendis usque adeò de-
ditus fuit, ut nihil sibi ipsi reservaret,
ridendoque solitus esset dicere; *se di-*
vitem Episcopum fuisse, pauperem Cardi-
nalem

nalem, & Mendicem Pontificem. Obiit decimo mense Regiminis sui. Bononiæ PROPH: MALACH: *Flagellum Solis,* fuit Archiepisc: Mediolanensis, cui Ecclesiæ *S. Ambrosius* cum flagello ad pictus est, *Alexandri* autem insigne erat *Solexoriens.*

CCIX. JOANNES XXIII. * (re. ipsâ XXI.) Neapol: familiâ nobili, Balthasar Cossa nominatus: Elect: A. 1410. Sedem A. 1415. in Constantiensi Concilio dimittere coactus fuit, & laudabilis dimisit, quâm obtinuerit, & Pontificatum gesserit. Subrogatum enim *Martinum V.* ipse Legitimum Pontificem etiam cum osculo pedum agnovit, ab eoq; in gratiam receptus, & Collegii Cardinalitii Decanus constitutus; vitam tandem meliore fine coronavit, quâm peregerit. An. 1419. PROPH: MALACH: *Cervus Sorena.* Fuit enim Diaconus Cardinalis *S. Eustachij* qui cum cervo depingitur: Bononiæ Legatus Neapolitanus.

CCX. MARTINUS V. Princeps Columnius Roman: diuus antea *O-*
dote:

do de Columnâ. Festo S. Martini in Concilio Constantiensium totius Ecclesiæ plausu & maximo Sigismundi Imperatoris gaudio Elec: A. 1417. ve- luti Sol oriens & tranquillitatem magna reducens agitatæ Ecclesiæ, unde, hæc sepulchro ejus addita Epigra- phe: *Martinus V. temporum suorum felicitas.* à Genebrardo vir optimus & doctissimus, cuius virtutiventi & tem- pestates, haec tenus ab Antipapis conci- tate tandem obsecundârint. Obiit A. 1431. die 20. Febr: PROPH: MALACH: *Cornua aurei veli.* Fuit è Familia Co- lonna Diacon: Cardin: S. Gregor: ad *velum aureum.*

CCXI. EUGENIUS IV. Venetus antea dictus Gabriel Condelerius ex Ord. S. Cælestini Elec: An. 1431. & hic sol post Martinum novus fuit Ecclesiæ: Semel tamen sub nubibus, in Concilio Basileensi, ubi accusatus, sed innocens & purus atque luce copio- siore emersit (de ejus enim ibidem fa-cta illegitima depositione *Anto-*
ninus dicit; *Basilea Basiliicum genuit, Eu-*
genij)

*genij scilicet depositionem) ipso Amadæo eximiæ virtutis ac præstantiæ viro (qui Eugenio invitatus subrogatus erat) unà cum Patribus Concilij, innocentia agnitiæ Sententiam facto revocantibus. Demum velut aurum mundum probatus , Pontifex de tribus partibus orbis optimè meritus, obiit A. 1447. die 23. Febr: PROPHÆT: MALACH: *Lupa Cælestina:* antè Canonicus Regularis *Cælestinus* Episc. Senensis, cuius civitatis insignia *Lupa: de Amadæo* autem Pontifice subrogato à Concilio extat hæc PROPHÆT: MALACH: *Amator Crucis:* Fuit Amadæus *Dux Sabaudie:* insignia ejus *Crux.**

CCXII. NICOLAUS V. Italus di-
ctus antea *Thomas Sarzanus* Episc. Bonon: Cardin: & Pontif: Elec: A. 1447. Nutritius appellatus litterarum & literatorum, celeberrimæ Bibliothecæ in Vaticano liberalissimus fundator: quinque ducatorum millia ei promisit, qui Hebraicum S. Matthæi Evangelium ad ipsum deferret; Vitæ fuit integerrimæ & inculpati regiminis.*

Obiit

Obiit A. 1455. die 24. Martij PROPH:
MALACH: *Demodicitate luna.* Lunensis
enim fuit de *Sarsanâ.* humili loco na-
tus, & modicæ conditionis.

CCXIII. CALLISTUS III. Hispa-
nus Valentinus è Borgiorum familia.
Dictus *Alphonsus Borgia* Ele&t: A. 1455
æquitatis tuendæ fuit ardentissimus
expugnatâ autem an: 1455. Constan-
tinopoli, nec labori nec sumptibus pe-
percit, pro Imperii Orientalis recupe-
ratione. Eodem veluti *Moyse* elevan-
te manus ad Dominum pugnavit po-
pulus Christianus non unâ vice, & vi-
ctorias obtinuit Obiit A. 1458. die 6.
Aug: PROPH: MALACH: *Bos passens:* in-
signia ejus *Bospascens.*

CCXIV. PIUS II. Italus Senensis,
ante dictus *Aeneas Sylvius*, scriptis &
factis clarissimus: Imper: *Friderici III.*
Cancellarius Episc. Senensis, Cardin:
S. Sabina, ac Pont: elect. A. 1458. Si
piis ejus conatibus favissent Christia-
ni Principes, & fraterna odia in Tur-
cam convertissent, maximo Reipubli-
cæ Christianæ incremento Pontifica-
tum

tum gessisset. Occubuit in paranda expeditione contra Turcas inter Martis ferrea negotia, qui litteris innutritus fuit A. 1464. die 14. Aug. PROPH: MALACH: *de Gaptæ & Albergo* fuit Ecclesiæ Cervicensis Cardin. titulo *S. Marci*, olim Secretarius Cardinalis *Gaptæ & Albergati*.

CCXV. PAULUS II. Venetus Petrus *Barbo* dictus, Elect. A. 1464. Justitiâ, mansuetudine, liberalitate, & verè principalium virtutum ornatu celebris. *Joannem Borgenbrachium* Bohemiæ Regem in publico consistorio hæresi damnatum Regno exuit, & *Mariam Hungariæ* Rege in Thronum electo, Bohemiam in fide conservavit. Obiit apoplexiâ tactus An. 1471. die 25. Julij.

CCXVI. SIXTUS IV. Savonensis: ob eruditionem, aliasq; dotes clarissimus, Cardin. ac Pont. elect. An. 1471. Spiritum ejus verè principalem experti sunt Principum ac Regum sanguine oriundi ex Oriente pulsi à Turcis Christiani *Andreas Palaeologus*, Despota

spota Peloponesi, *Leonardus Toccus* de-
spota Epiri, *Carlotta Regina* Epiri, Re-
gina Bosniæ, aliquique quos *Sixius* be-
nignè excepit, & magnificis sumptu-
bus in exilio aluit: *Hospes exulum* &
Pater viduarum, ac Pupillorum appel-
latus. Illam quoque famam cum *Au-*
gusto Cæs. communem sibi fecit *Ro-*
mam, quam luteam invenit, lateritiam
post se reliquit. Obiit An. 1484. die 12.
Aug. PROPH: MALACH: *Piscator Mi-*
norita natus fuit Patre pescatore & Or-
din. Minorum *S. Francisci.*

CCXVII. INNOCENTIUS VIII.
de Familia Cybonum, ele&t. A. 1484.
Justitiæ severus custos, ac transgres-
forum castigator, quâ severitate Ita-
liam à latrociniis rapinis ac præda-
tionibus magna ex parte liberavit.
mansuetissimus simul, ac Pacis inter
Christianos Principes stabiliendæ stu-
diosissimus. PROPH: MALACH: *Sicilia*
Præcursor. dictus erat *Ioannes Baptista*
cum viveret in aulâ *Alphonsi Sicilia*
Regis. De hoc Pontifice ita scribit Al-
phonsus Ciaconius: *Innocentius ado-*
lescens

lescens, & nondum Sacris iniciatus, aliquot filios, & ex nobili puella Neapolitana, cum quae se matrimonio copulavit, qua non diu vixit, legitimè sustulit, duos ex his Pontificarii suo superstites, honoribus & opibus e vexit, Franciscum, & Theodorinam. Illud autem quod scribunt impudente calamo adversarij, *Innocentium* Pontificem vagâ libidine integrum duodecadem Spuriorum genuisse, fædissimum mendacium esse ex Acheronte haustum, ostendit *Christophor. Ott.*, in Româ suâ Gloriosâ annot. 5. Sæc. XV. ubi similia, imò magis adhuc enormia *Sixto IV.* & *Alexandro VI* inflicta crima, veritatis luce discutit & diluit.

CCXVIII. ALEXANDER VI. *
Hispanus Valentin: familiâ Lenzolius, dictus autem *Rodericus Borgia*, ex eo, quod mater ejus soror fuerit *Callisti III.* qui de genere erat *Borgiorum* unde Lenzoliis insignia, & nomen *Borgianum* ex meritis tanti Pontificis communia facta. Elect: An. 1493. quia hic Pontifex scopus est calumniarum

N

S. 2.

& satyrarum, quas venali calamo ad-
versa pars divulgare consuevit, expe-
dit hic apes imitari, & mel sugere ex
floribus historiarum, araneis relicto
veneno. Nauclerus ad A. 1492. ita de
Alexandro. Alexander VI. Pontifex cre-
atus est, vir magni animi, magna que pru-
dentia. Is in Adolescentia Bononia stu-
dium, quem Callistus III adhuc adolescen-
zem inter RR. Cardin constituit. Inde non
multo post Vice-Cancellarij locum sortitus
est, amulatormq; Callisti per omnia factus,
nationem, patriam, & familiam illustrans
sedet. Volaterranus autem hæc. Inerat
Alexandro ingenium, ratio, cognitio, me-
moria, diligentia, eloquentia, &c. Ris
in multam noctem protrahebat, brevissimi
somni, cibi q;. Salaria Doctoribus, stipen-
dia militibus, mercedem operarijs, nun-
quam est differre, nunquam auferre visu.
Denique Joan. Mariana, lib. 27. cap. 2.
*Multa inquit de Alexandri vitâ, tum fa-
mâ. (QUÆ NULLI PARCIT) ium scripto
prodia sunt: Verum an ex invidiâ, non
facile dixerim; Omnia conficit atemerè fu-
isse non arbitror. Sublatus dicitur ve-*
neno

AB ANNO 1400. AD 1500. 283

neno quod aliis paratum errore pocil-
latoris hauserat. Sed fide digni Scri-
ptores sunt, qui venenum non ab ipso
aliis, sed ab aliis ipsi paratum affir-
mant. A. 1503. d. 18. Aug. ætat. A. 70.
PROPH. MALACH: *Bos Albanus in Porta.*
Episcopus ante Cardinalis *Albanus O-*
stiensis, & insignia ejus *Bos.*

§. 2. Imperatores Orientis.

CXVI. JOANNES Manuelis filius
tenuit Imperium an. 27. ob-
iit An. 1445.

CXVII. CONSTANTINUS XI.
Palæologus cognomento Dragoses,
Manuelis II. filius qui años 7. circiter
Imperavit, hoc est ad annum 1453.
quo anno Constantinopolis capta,
Constantinus Imperat: occisus, Ori-
entis Imperium Christianis à Turcis ere-
ptum est.

Imperatores Occidentis.

XXVII. SIGISMUNDUS I. De cu-
jus electione facta A. 1411.
ita Dubravius: cum Sigismundo Hun-

N 2 gariæ

gariæ Regi & ad Augustalia comitia
titulo Marchionis Brandenburgicivo.
cato, primò dicendi Suffragii vices
oblatæ essent, me inquit, *ego novi, non*
item alios, cum nesciam an quis aliis si
idoneus in tanta præsertim perturbatione
rei Christianæ ob Pontificum multiplicita-
tem, me ipsum nomino: Placuit septem-
viris candor, & votum unanimiter
comprobârunt, quod factum fuisse de-
siderio juvandi Ecclesiam & non æstu
ambitionis, ostendit cura & labore ejus
admirabilis pro Ecclesiæ pace intro-
ducenda: Ipse enim Imperator factus
veluti Tabellio Spiritus sancti, Hispani-
am, Angliam, Galliam, Germani-
am, & Italiam peragravit, ut Regum
animos uniret pro Schismate *Grego-*
rium inter *Ioannem & Petrum de Lu-*
na tollendo, ad hoc Concilio congre-
gato Constantiæ, & eventu votis re-
spondente, quam felix fuit Sigismundus
in Pacis negotiis, tam fuit sinistræ
fortunæ in bellicis expeditionibus:
sub ipso enim primò sub Turcarum
jugo gemere incepit Hungaria, quam
cruen-

cruentâ suorum stragè deferere co-
actus est. Infausto Marte cum *Zischa*
congressus, & à cæco duce fugatus,
obiit tandem plenus dierum & meri-
torum A. 1437. SYMB; *Sic cedunt mu-*
nera fatis.

XXVIII. ALBERTUS II. Austria-
cus dictus *Honorificus*, Imperator reli-
giosissimus unde à quibusdam dictus
ex invidia *Albericus Monachus*, aureo
veluti nimbo tres illi coronas Hunga-
riæ, Bohemiæ, & Imperii, fortuna af-
fudit, quibus ter uno in anno corona-
tus est, sed non absque pio metu, *me-*
tuo enim, ajebat *ad septem viros* rogan-
tes ut Coronam Imperii admitteret,
metuo majora meritis possidere, & in Ca-
stris non audire choros; solebat enim in
choro sæpe Psalmos cum Canoniciſ
cantare. Subactis Sarmatis, & Tha-
boritis, *Amurathem* Turcar: Imp. solo
terrore nominis Pannoniâ expulit. 2.
annos regnavit, & gestis decades æ-
quavit annorum. Obiit in *Alba regalis*
immodico peponum esu, alii autem
scribunt quod veneno dolosè propi-

N 3 nato

XXIX. FRIDERICUS Austriacus
di^{ctus} Pacificus, filius aureus à ferreo
Patre Friderico Ernesto natus Princeps
pacis: etsi enim esset præclarâ gene-
rosi ingenii indole, abhorrebat tamen
à bellis, tum naturâ, tum ob fortunæ
iniquitatem. Revertentem illum ex
Hierosolymitanâ peregrinatione, Sep-
temviri uno consensu Romanorum
Regem esse voluerunt. A. 1440. Mox
etiam Bohemia eundem pro corona po-
stulârunt, fuitq; tutor. Ladislai pueri
Regis Hungariæ. Multis ubi^{q;} locorum
pacifice & præclare pro Deo, Ecclesiâ
& Imperio gestis Imperator Justus, Re-
ligiosus, benignus, liberalis & omni-
bus gratus, obiit immoderato esu me-
lonum A. 493. SYMB: Rerum irrecupe-
rabilium fælix oblivio.

XXX. MAXIMILIANUS I. Au-
striac: in quo omnia maxima: à nativi-
tate integrum novennium mutus fuit:
cum sic tacere didicisset, cæpit loqui
Germanicum, latinū, Gallo-Belgicum
idio-

idioma, & Græcæ atque Hebraicæ linguae quæ penè sepultæ jacuerant, fieri resuscitator. Apollo in aulâ, & Mars in campo. In venatione daram ad abrupti montis cacumen, prædæ cupidine alas addente, subito elatus, & in rupis ac vitæ apice constitutus, viso eminus, & oculis saltem, quem ore non poterat, delibato *pane vita*, mortis discrimine divinitus liberatus est. Semper ubi pugnare licuit *Luna* Othomannæ Victor cornua pressit, & Victoriis totam fere Europam fæcundavit. Turcas, Eburones, Belgas, Batavos, Sicambros, Hungaros, Morinos, Venetos, Helvetos, Bohemos & Gallos docuit, fortunam *Maximiliano* tributariam esse, & singulis fere annis Victoriæ tributum pendere. Gallia tota, teste ipso *Ludovico XI.* Gallorum Rege ad *Maximiliani* tympana contremuit: mortem ipsam triennio integro in Sarcophago veluti captivam circumduxit, donec Victoriis fessus tandem decubuit & consummatis tot præliis pro Ecclesia, & pro Justitia æter-

N 4 nam

opti.
iacus
erreo
iceps
gene.
amen
tunæ
m ex
, Sep.
orum
Mox
a po.
pueri
orum
Elesia
s, Re.
mni.
i me.
cupi.
Au.
tivi.
s fuit:
o qui
icum
dio.

! UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pam coronam comprehendit Anno
1519. Post Imperij annum supra tri-
gesimum ymb: Tene mensuram & re-
spice finem.

§. 3. Concilia.

Pisanum A. 1409. nec approbatum
nec reprobatum manifestè, in quo
depositis *Gregorio XII.* vero Papa &
Antipapa Benedicto XIII. electus est *A.
lexander V.** Concil: Constant: A. 1414.
in eo cremati sunt *Ioan. Hus,* & *Hiero-
nymus de Praga*, obfirmati hæretici.
Concilium est reprobatum quoad il-
las Sessiones, in quibus definit Conci-
lium esse supra Papam, approbatum
autem quoad ultimas Sessiones, & ea
omnia quæ *Martinus V.* suâ auðtori-
tate rata esse voluit. * Concilium ge-
nerale Basileense inchoatum ibidem
A. 1431. continuatum Lausannæ usq;
ad annum 1449. estque reprobatum
(excepta Sanctione pragmaticâ à *Ni-
colao V.* ratificatâ) in quo *Amadeus* An-
tipapa Schismaticè elekt. *Felix V.* di-
ctus, quanquam & Antipapa & Con-
cilium

AB ANNO 1400. AD 1500: 289

cilium demum *Nicolaus V.* cesserint.*
Concil. generale approbatum Ferrariæ inchoat. An. 1438. & ob pestem
grassantem trâslatum Florentiam, un-
de & nomen retinuit Florentinum, i-
bidem perfectum A. 1439. cui interfue-
runt *Eugenius IV.* *Ioan. Palæologus* Ori-
entis Imp. Multiq; Cardin. & Episc.
tum Græci, tum Latini. In eo instaura-
ta est fidei unio cum Romana Eccle-
sia à Græcis Armenis & Indis.

§. 4. Schismata.

Agidius qui *Petro de Luna* Antipa-
pæ successit A. 1414. cessit *Mar-
tino III.* Pontif. legitimo. 1428.* *Ama-
deus* Sabaudiæ Dux cessit *Nicolaus V.*
An. 1449.

§. 5. Propagationes Fidei.

Fides illata & propagata operâ Lu-
sitanorum apud Gvinenses, Anglo-
lanos, & Congenses Africæ populos.

§ 6. Persecutiones Fidei.

In Oriente 32. ex S. Dominici fami-
lia & nonnulli Franciscani à Macho-

N 5

meta-

metanis pro Christo interfecti. Hussitæ in Bohemia insano furore sœviunt in Ecclesiam , & Sacerdotes præser. tim, de quibus §. 15.

§. 7. Sanctitate Clari.

S. Vincentius Ferrerius. 1412. S. Lid. uvina 1433. S. Bernardinus Senensis. 1440. S. Ludgardis 1446. S. Didacus Com. plutensis 1463. S. Franciscus de Paula Pa- ter Minimorum. 1500.

§. 8. Hæretici.

Johannes Huss à quo Hussitæ. Hieronymus de Praga. Zischa Dux Thaboritarum & Hussitarum Adver- sus Venceslaum Bohemæ Regem. Pikardus à quo Pikardini. Bedrichus, auctor Oribitarum. Orphanus Petrus de Isma. Jacobellus, Hermannus Risovic. Joann. de Rochisanâ. Petrus Dresdensis. Nicolaus Galeucus.

§. 9. Initia Religiosor. Ord.

Ordo S. Georgij Venetiis 1404.* Canonici B. Laurentij Justiniani vulgo Apostolici 1404.* Fratres Men- dicantes S. Hieronymi sub regulâ S. Au- gustini Fesulis à Redone comite montis Graneti & Qualeero Marso instituitur 1405.* Equites aurei Velleris sub au- spiciis

Spiciis B. V. & S. Andreae 1480. Congregatio S. Salvatoris sive Slopetinorum, aut Scopetinorum Bononiæ eretta à Stephano Senensi 1408. * Ordo Fratrum S. Ambrosij ad nemus Mediolani A. 1433. * Ordo Minimorum quos Galli Bonos homines vocant à S. Francisco de Paula Calabro institutus, à Sixto IV. confirmatur An. 1475. * Ordo S. Mauritij in Sabaudia 1440. * Ordo militum S. Michaelis per Ludovicum XI. in Galliâ. * Meretricum conversarum in unum reductio Parisiis per Ioannem Tiffinand Minoritam concionatorem An. 1494.

§ 10. Initia Regn. & Princ.

Sabaudiæ Dux Amadeus ex comite 1416. * Rhætorum fæderatio An. 1424. * Neapolis transit ad Aragonium 1442. * Venetis eripitur Thessalonica 1444. * Normannia & Aquitania redeunt ad Gallos 1451. * Imperium Constantinopolitanum concidit An. 1453. Usumcasanus Turca potitur Perse An. 1470. * Ducatus Wittenbergen-

gen.

Hussi-
viunt
ex ser.

Lid.
ensis.
Com.
Pa.

raga.
dver.
á quo
hani.
vvic.
olaus

d.
4. *
ani
en.
Au.
tis
tur
au.
is

gensis initia A. 1470. * Galliæ regne accedit Burgundia per mortem *Caroli Audacis* A. 1477. & Provincia per mortem *Renati* Siciliæ Regis, 1481. * & Britannia per *Caroli VIII.* cum *Anna* ejus Provinciæ hærede initū matrim.

S. 11. Institut. Saceror. Rituum.

Festum transfigurationis Christi institutum à *Callisto III.* ob insignem Victoria ab Hungaros per *Ioan. Hunyadem* ad Belgradum obtentam contra Turcam. * Jubilæum à 50. an: reducitur à *Sixto IV.* ad an. 25. A. 1475. * Prima processio solennis circumstante Eucharistiam A. 1404. festum Præsentationis cæptum in Occidente 1475. * Officium Immaculatæ Concepcionis compositum, & recitari cæptum A. 1476. * Inquisitio Hispanica propagata 1492.

S. 12. Nova Reperta & Natales Urbium.

Ars typographica Argentinæ ex cogitata à *Ioanne Gutenberg*, ac Moguntiæ perfecta An. 1440. Alii in-

ver-

ventam dicunt à *Ioanne Fausto Moguntino* A. 1452. multò autem ante usitatam fuisse apud Indos scribit *Genebr.* in *Eugenio IV.* Moguntiæ verò primus liber cusus fuit *August: de Civitate Dei & Laetantius,** Stationes & diversoria equis cursoriis primò instituta in Gallia à *Ludovico XI.* A. 1477. * Orbis novus auspiciis Hispanicis detegitur à *Christophoro Columbo Genuensi* A. 1492. * Orientalis India per *Americanum Vespuccium & Vasquesium Gammam* reperitur 1497. * Camera Spirensis instituitur per *Maximilian. I. Imp.* A. 1495.

§. 13. Sacri Script: & Theol:

Tomas Waldensis Carmel. D. Anton: Episc. Turrecremata Card: Cusanus Cardin: Æneas Sylvius Pontif. Ioannes Picus Mirandulanus. D. Laurent. Justinianus, Episc. Trithemius. Nauclerus. Gerson. Thomas de Kempis. Alfon-sus Tostatus Episc. Ioan. Capreolus Dominic. 1415. Dionysius Richelius, Carrhian. Ioan. Bossolis Francise. 1450. Gabriel Biel, German. 1460.

§. 14. Aliar: Discipl: Periti.

Ptr. Bartholomæus Salicetus. Joan. de Imola. Francisc. de Zabarellis. Antonius de Butryo. Baldus de Ubaldis. Paulus de Castro. Nicolaus de Tudeschis. Abbas Panormitanus. Marianus Socinus. Andreas Barbatus. **M**ed. Hugo Senensis. Jacobus de Forlivio. **M**ath: Joann. de Monte Regio. Georg. Purbachius. **Philos.** Paulus Venetus. Joan. de Marliano. **philol.** Georgius Trapezuntius. Theodorus Gaza. Nicolaus Perotus. Lascarus Poggius. Laurent. Valla. Ambrosius Calepinus. Rudolphus Agricola. Pomponius Lætus. Baptista Mantuanus. Jovianus Pontanus. Alexander ab Alexander. **Hist.** Flavius Blondus. Coccius Sabellius,

§. 15. Strategi & Pralia.

Jannes Zuka Bohemus, rebellium Thaboritarum, Dux, oculis licet orbatus, plerumq; tamen, etiam cæco Marte, victor * **Georgius Castriottus** Christianus natus, & a Patre cum 2. fratribus Amurathi, Epiro expugnata, obses datus, in aulâ Turcicâ educatus & Scanderbegus dictus; ad Christianos redit A. 1442. & regno suo Epiro recepto, factus multiplici victo-

riâ terror Turcarum, Obiit A. 1466.*
Ioannes Hunnyades, qui in variis pugnis
 ad 400. millia Turcarum delevit, pe-
 ste mortuus est A. 1456.* Similis for-
 tunæ & fortitudinis fuere *Stephanus*
Moldaviae Vaivoda, & *Bathoreus*.*
 Constantinopolis ingentibus thesau-
 ris plena, ex avaritia & socordia Chri-
 stianorum, capitur à Mahometo II. *Con-*
stantino XII (filius is erat *Ioan. Palæolo-*
gi) ultimo Orientis Imperat: trucidato
 A. 1453.* *Mathias Corvinus* filius *Hun-*
niadis à Ladislao, Rege Hung, & Bo-
 hem: in carcerem actus, eodemq; in-
 speratâ morte extinto, è faucibus
 mortis in Hungariæ thronum evectus
 A. 1458. fortissimus oppugnator Tur-
 carum & Hungariæ defensor.* Tur-
 cæ Rhodum obsident, & ab Equitibus
S. Ioan. amissis 30. millibus repellun-
 tur 1480.* *Ferdinandus Rex Catholicus*
 captâ Granatâ Mauros in Hispaniâ pe-
 nitus extinguit A. 1490.* *Ioanna Dar-*
ësia è finibus Lotharingiæ, rusticis pa-
 rentibus nata, 20. annorum puella,
 Aureliam Gallis servat, hinc vulgo

Puella

riti.
 e Imo-
 us de
 le Ca-
 anor-
 s Bar-
 us de
 regio.
 etus.
 ape-
 ero-
 Am-
 colo.
 enus.
 xan-
 lius,
 .
 um
 icet
 eco
 ntus
 o 2.
 na-
 lu-
 ri-
 E.
 co-
 ia

Puella Aurelianensis dicta, miræ virtutis & felicitatis in bello, victoriis Gallos exornavit: donec ab Anglis capta, & flammis tradita, mundo illustriorem integritatem suam per ignem reddidit

§. 16. Universit: & Schola.

Herbipolensis An. 1401. quæ ob crebras Studiosorum cum civibus contentiones Erfordiam est translata. * Lipsiensis A. 1408. Ingolstadiensis 1416. Sanctandreana in Scotia 1412. Rostochiensis 1413. Cadonensis 1418. Lovaniensis per *Ioannem Brabantum* Ducem 1427. Friburgensis in Brisgoiâ per *Albertum Austriæ* Ducem 1450. Basileensis per *Pium II.* 1459. Pictaviensis 1431. Valentina 1470. Tübingensis 1477. Moguntina 1481. Dolana reflorescit 1484. Dusiniensis 1478.

§. 17. Res Memorabiles.

Sacra Sindon Christi Sabaudis obtingit multis miraculis A. 1459. * Helvetij Stipendum, à Rege Christianissimo accipere cœperunt A. 1479. *

Sub

Sub *Innocentio VIII.* inventus est Romæ Crucis titulus in Basilica *S. Crucis*, in medio templi pariete occlusus, cum triplici lingua *Iesus Nazarens Re*, cætera desunt. * Judaicarum familiarium 24. millia ex Hispaniis pulsa A. 1492. *. Judæus quidam nomine Lemblen suis persuasit, se esse verum Christum ab ipsis exspectatum A. 1500 Judæi omnes ex Portugallia ejecisti.

§.18. Signa & event. Trag.

Per multas leucas constrictus præ frigore pontus impunè calcatur 1420. * Mare ad Dordracum ruptis aggeribus hominum supra 100. milia & pecorum greges innumeros perdit. A. 1446. * Cometæ bini in Italia 1456. * *Ludovicus Luzenburgicus* Comes *S. Pauli*, Magister Equitum Galliæ, capite plectitur 1454. * Carolus Burgundus Nanceii vulgaris militis manu cadit. 1477. * *Maria filia Ca- roli* venatione equo dejecta moritur 1482.

SÆCU.